QUODVULTDEUS. MARBODUS REDONENSIS. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. AUGUSTINUS
Ende 12. Jh. Seite 151v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36565
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



paulus ante de dilectione fraterna et ait. Qui non diligit fratrem quem uidet. dm quem non uidet. quomodo potest diligere. Si autem diligis fratrem. forte diligis et xpm. Quomodo. Quando membra xpi diligis. xpm diligis. Cum quia membra xpi diligis. et patrem diligis. Non potest separari dilectio. eligite quid diligatis. securitatem et certa. Dicis dm solum diligo. dm patrem. mentiris. Si diligis. non solum diligis. si. si diligis patrem. diligis et filium. Ecce inquis diligo patrem. et diligo filium. si. hoc solum dm patrem. et filium dm. et dnm nrm ihm xpm. qui ascendit in celos. et sedet ad dexteram di patris. illud uerbum per quod facta sunt omnia. et uerbum caro factum est. et habitauit in nobis. hoc solum diligo. mentiris. Si autem diligis caput. diligis et membra. si autem membra non diligis. nec caput diligis. Non expauescis uocem capitis de celo clamantem per membris. saule saule. quid me persequeris. Persecutorem suum uocauit. persecutorem membrorum suorum. dilectorem suum uocauit dilectorem membrorum suorum. Iam quia sunt membra eius. nostis fratres. ipsa est ecclesia dei. In hoc cognoscimus quia diligimus filios dei. quia dm diligimus. Et quia non aliud est filium. aliud dis. Sed quia dm diligit. precepta eius diligit. Et quia sunt precepta dei. Mandatum nouum do uobis. ut uos inuicem diligatis. Nemo se excuset. per aliam dilectionem. ad aliam dilectionem. Non sic tenet se ista dilectio. quomodo ipsa est compagina ta in unum. sic omnis quia ex illa pendent. unum facit. et quasi conflat illos ignis. durum est. conflat massa. et fit unum aliquid. si. nisi fervor caritatis accendat. ex multis in unum cflari non potest. Quia dm diligimus. inde cognoscimus quia diligimus filios dei. Et inde cognoscimus quia diligimus filios dei. Quia diligimus dm. et precepta eius facimus. Suspiramus hic ex difficultate faciendi preceptum dei. audi quid sequatur. Homo quid laboras amando auaricia. Cum labore amatur quod amas. sine labore amatur dis. Auaricia iussura est laboris. periculum. trifticias. tribulationes. et obtempaturus es. Quo fine. Vt habeas unde impleas archa. per das securitatem. Securior forte eras ante quam haberes. quam cum habere cepisti. Ecce quid tibi iussit auaricia. impleti domum tuam latines. ad quisisti aurum. perdidisti somnum. Ecce quid tibi iussit auaricia. fac et fecisti. Quid tibi iubet dis. Diligere me durum diligis. quesitus es aurum. et forte non inuenietur. Quisquis me querit. cum